

geputzten Tone etwas an die Dichtungen des Amarcus oder Hildeberts von Le Mans. Der Text ist folgender:

I.

Deposcat requiem cum nox breviata diurnam,
 Audi, quod tempus deceat post prandia tempus¹.
 Nominibus quorum non est R littera, menses
 Ut sibi concessum teneant dormire diurnum.
 5 Econtra cuius nomen caret hoc elemento
 Mensis, et hic somno careat postmeridiano.

O status² alme soli, velox o motio celi,
 O mare Neptuni, pro tristia tempora mundi,
 Ah nimis ingratum confunderis omnia fatum,
 Frigidus ecce scolis pater ydra seior anguis,
 5 Plutonis monstrum partusque nocens Furiarum:
 Omnia fedantis et flatu tecta novantis
 Sibila sentimus, sed eum³ monstrare nequimus⁴.

II.

Si te nosse potes felix, nil amplius optes,
 Tecum nempe geris, quicquid ubique petis.
 Quid mare, quid terras, quid tercia regna pererras?
 Sufficit in funus sexquipedalis humus.
 5 Pro re picturam, pro corpore suscipis⁵ umbram,
 Pro patria miserum diligis exilium.
 Quæ male parta tenes, sparget bene prodigus heres⁶;
 Omnia tu votis, te capit urna brevis⁷.
 Ut capias celum, quo sordes, excute cenum⁸;
 10 Nil acclive solo sustinet ire polo.
 Non hoc sub limo premitur celestis imago,
 Cui si testa crepat⁹ negare negat.
 Unde quid et cur sis, via quo tibi, clausula qualis
 Prospice, ne bruma sit tibi clausa via.
 15 Si quem te cepit lux prima, novissima reddit,
 Impediet reditum sarcina nulla tuum.
 Cur asinum vivis¹⁰ conscriptus in ethere civis?
 Clarus in ede lapis mersus ad ima cadis.

1) Ist wohl unrichtig. 2) 'Obstatus' Hs. 3) 'sum' Hs.
 4) Der Vers ist in Majuskeln geschrieben. 5) 'suspipis' Hs. 6) Vgl.
 Horat. Carm. II, 3, 19 f. 7) Vgl. Fortunati Carm. IV, 4, 32.
 8) 'scenum' Hs. 9) Fünf Buchstaben ausgelassen, Hs. 10) Vgl.
 Amarcii serm. 1, 77. [Winrici] carm. 233.